

Pasquini et Marphoy curiosa interlocutiones super presentem Orbis  
Christiani Statum, publicata in Romano Capitolio Anno 1683.

Pasquinus

Regnum Europa vim patitur, violenti rapiunt illud.

Marphorius.

Surgite ergo omnes, et venite ad Iudicium.

1. Summus Pontifex.

Pasquinus. Ego dormio, at Cermeum vigilat, vigilate Vos quoque Fratres, ut non intretis in tentationem.

Marphorius. Ecce Gallus propè cantat: ecce Petro flebis amare.

2. Imperator.

Pasq: Respice Inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: Domine da mihi intellectum.

Marpher. Intellectum Tibi dabo; et instruam te in via hac, qua gradieris. Sis Caesar, non Musicus; Sis Caesar, non Venator, Sis Caesar non Jesuita.

3. Hispaniarum Rex

Pasq: Adolescens, tibi dico, Surge.

Marph: Infirmitas est ad mortem, Magnates deuorant animam meam.

4. Rex Anglia.

Pasq: Inimici Domestici eius, Famina ejus.

Marph. Toto die te exprobrabant Amici tui, qui factus est sicut homo non audiens, et non habens in Ore suo redargutionem.

5. Dux Torch.

Pasq: Popule meus, quid feci Tibi.

Marph: Patientia vincit omnia: Sed Galli, ens Morbus incurabilis.

6. Parlamentum Anglia.

Pasq: Per me Reges regnant.

Marph. Discordia res maxime dilabuntur.

7. Dux Montmouth.

Pasq: Exaltavit ut Gigas, ad currendam Viam.

Marph: Incertum quoque fata ferent, tentasse nocebit.

Forssitan at Sceptrum maxima pena Valet.

8. Princeps Regens Portugalia

Pasq: Quid Judaei cum Samaritanis?

Mar. Sine illo non transisset tibi ducere uxorem Fratris tui.

9. Rex Polonia

Pasqu: Ecce Lazarus quatruiduanus resurgit.

Marph: Talia gessisti primaue in tempore vita, Quae Sceptrum meruere tibi, fortis Iune Regum: Et rediuiuo te sperant miracula cuncti, Maioresq; parant, superato Troiae, coronas.

10. Rex Suecia

Pasq: Verè languores aliorum ipse tulit, et dolores aliorum ipse portauit.

Marph: Felix quem faciunt transacta pericula cautum.

11. Rex Dania.

Pasq: Tota nocte laborauimus, et nihil cepimus? iterum in Verbo tuo laxabo rete.

Marph: Post hac occasio calua.

12. Ordines Fœderati Belgii.

Pasqu: Nolumus hunc regnare super nos.

Marph. Non stulti et cæci corde! Canem timetis, et Lupum non videtis appropinquantem.

13. Belgium Hispanicum.

Pasq: Ecce in Pace amaritudo mea amaris Vinis.

Marph: Vna Salus miseris, nullam sperare salutem.

14. Princeps Orangijs.

Pasqu: Surgite omnes: ecce veniunt cum fustibus, et gladijs, miseri comprehendere nos.

Marph: Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite.

15. Heluctii.

Pasq: Vbi Thesaurus Vester, ibi et Cor Vestrum erit.

Marph. Quam malè pro pauco libertas venditur auro!

16. Elector Moguntinus.

Pasq: Quos non cogit auri Sacra fames?

Marph: Quid proderit tibi, si uniuersum aurum luoceris, Germania Vero tua æternum detrimentum patietur?

17. Elector Treuirensis.

Pasq: Venite, et videte, si est timor, sicut timor meus.

Marph: Non est qui cadat in constantem vivum.

18. Elector Coloniensis.

Pasq: Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intell.

Marph: De nihilo nihil fit, nec dicitur.